

Σὺν τῷ Θεῷ ἀποκτίσῃς!

EPIDEIGMA MELETEMATUM ACADE- MICORUM

GENESIN

SPIRATIONUM ARGUENS,

Qvod,

ADFULGENTE COELI CLEMENTIA,

Et

Consentiente Ampliss. Facultate Philosophicâ
in LYCEO,

Potentissimi REGIS XI

Sveo-Gothorum, &c. &c. &c. ad Auram;

SUB MODERAMINE,

Præclarissimi & Amplissimi,

DN. M.PETRI HAHN,

Physiologiæ Professoris laudatissimi,

Præceptoris & Promotoris jugiter deve-
nerandi :

Pro Gradu Magisterii ritè obtinendo,

Cordatorum philosophantium judicio exami-
nandum submittit S. R. M. Alumnus,

HARALDUS ALBINUS

Wisingzburgo - Austrogothus.

In Aerostato Maximo add. 13. Junii, 1688.

ABOÆ, Impr. apud Joh. Wallium, A. T.

SACRÆ REGIÆ

Pietate, Fide & prudentiâ

DN. LAURENTI HYLTEEN,

Dn. de Siblunda / &c. Supremi
Regii Dicasterii Holmensis Ad-
fessor gravissime, Mecœnas, Ever-
geta & Promotor æternum suspi-
ciende!

NEG.

Adm. Rever. Consultiss: per quam Rever.

DN. M. ENEVALDE WIDBECCHI,

Civitat: Vexionensi Pastor meritissime, e-
jusq; Diœcesis Archipræposite, & Consisto-
rii Adfessor atq; Vice Præses Amplissime,
Mecœnas & Promotor summè colende!

DN. M. JOHANNES COLLIANDER,

Regni Gymnasii Vexionens: S. S. Theol. Le-
ctor primarie celeberrime, Consistorii Af-
fessor gravissime, Parochiarum Yaby &
Herlöff Pastor dignissime, Patrona & Pro-
motor ætarèm sulpiciende!

DN. M. NICOLAE OLANDER,

Past. in Ulinstadh optimè merite; Fautor,
Benefactor & Consangvinee honoratissime!

ut

DN. JONA WICKEN-
ensis Advocate fidelissime, Fau-

MA JESTATIS

Nobilissimi & Consultissimi Viri,

DN. JOHANNES Silfverstrandi

Dn. de Shrñås & Leerberga / &c.
in Regiis Cameræ Revisionis & Li-
quidationis Collegiis Assessor gra-
vissime, Patrono & Promotor summè
devenerande !

NON:

Æquiss. Clarissimique Viri,

DN. BERNHARDE RICHARDI,

Curiæ Aboënsis Consul canitie , meritis
& prudentiâ Civili Celeberrime , Nutri-
tie benignissime , Promotor propensissi-
me !

DN. ABRAHAME HYLTEEN,

Summi Regii Judicij Holmensis Notarie
primarie Amplissime , Meccensis , Bene-
factor & promotor omni honoris & officii
cultu perpetim prosequende !

DN. M. MAGNE WIETI,

Pastor in Sierstaðh vigilantissime , Fautor
& Consangvinus maximè honorande !

ET

BERG, Regii Dicasterii Abo-
tor & amice multum honorande !



Voniam jam consuetudine sat
longâ inter cūstiora pectora
invaluit, ut qui ingenii sui la-
bores publici iuris facere cupi-
unt, eos quibusdam amplissimæ eminentiæ
personis offerant & consecrent: neq; id sine
consilio salutari sapientum suffragiis probato
atq; usurpato; scilicet, qui suos tenellos fœtus,
utpote debiles & imbecilles existimantes, ac
proinde singulari protectione & benigno pa-
tronio indigere judicantes, ejusmodi perso-
narum curæ fovendos, alendosq; committunt,
quæ pro singulari suâ benevolentia, magnâ
eminentiæ auctoritate potentes, eis existima-
tionem & favorem conciliare possunt non ex-
iguum, atq; suâ alarum umbrâ protegere, &
mordaces fugillatores arcere, & ab intempe-
stivis amarisq; invidorum mortibus tutari;
instar agricultarum, qui tenerimas plantulas
cum infuerint, postquam cœperint adolesce-
re, quousq; vegetentur aliquo firmo fulcimen-
to, eas firmari curant, ut melius saccrelant,
ne præ teneritudine, circum circa vi frigoris,
furenteq; frementium ventoru rabie, versus hu-
mū inflexæ languescant, & confractæ decidant,
ramosq; contortos submittant, nec erigantur
amplius in eligantiores foliorum figuræ; id-
eò cogitanti mihi quosnam hujus tenerimi-

mei foetus benignos & insignes Patronos eligerem, quibus tantis concessis Mecænatisbus tato in amplissimum famæ campum, hic prodire, feliciter incipere, ritè procedere benignè excipi posset. Plurimis de causis sic eligendo Patronos tales meæ tenellæ forturæ, bene consultum esse crediderim; tum quia Vos extra umbram & noctem oblivionis augustior fortuna deposuit, & ea muneric Vestri magnitudo, isq; gloriæ Splendor latè adeò fulget, ut potenter satis & abundè sub umbrâ Vestâ me protegere valeatis, tum quia omne temeritatis crimen & audacia facile, diluere possit admirabilis illa vestra, tantoq; fastigio rarissima virtus, inq; Musas & earum Alumnos benignitas prorsus inclita; hâc igitur fiduciâ fretus hoc Academicum specimen, quamvis cruditione modicâ politum, V. N. inscribere non veritus sum, suscipite, humiliter rogo, illud hilarâ frontis serenitate, propensi affectus indice: Hinc certè & Vobis gloriæ messis exsurget haud infœcunda, & mihi uberrima lætitiae seges; de cetero feliciter diuq; valete, & ubi gravioribus tempus habueritis vacuum curis, tantillum vestro clientulo indulgete, ut gaudeat esse; quia vestet est, Nobilissimi,

*Admodum Reverend. Consultiss. Perquam
Reverend. Ampliss. Clarissimisq;*

Humilimo
HARALDO Junqwi

VIRO - JUVENI,
Honestissimarum Artium Virtutumque cul-
turā longè condecoratisimo,

DNR. HARALDO Alm. QWist/
Philosophiae Candidato dignissimo
Amico & Commiliti peramando, de
Ventorum Origine subtiliter dis-
ferenti:

Murmura ventorum stridentia quili-
bet audit,

Causas novisse est non erit in facili,
Non samen enudare illas subterfugit
Alm. QWist/

HARALDUS, Miles strenuus Aonidum.
Gratulor inceptis; felicia fata precerque
In terris illi! denique tecla Poli!

L. Mqz utut compluribus aliis
impeditus, subitariā curā
scripsit

SIMON Zålpo/
Met. & Log. Prof. Ord.

MEMBRUM PRIMUM,

Ventorum existentiam, tum ab-
solutam, tum respectivam, atq;
Definitionem breviter decla-
rabit.

§. I.

Priusquam in ventorum, cau-
sarum, Naturæ, Definitionum
atque qualitatum considerati-
onem descendamus; in primis
in existentiam inquirere, à
nostro instituto haud alienum esse arbitra-
murs; Supervacaneum enim de re minus ex-
istente disquiri putamus: dari autem ventos,
eosq; longè ab aëre naturâ & qualitatibus dis-
cretos, sequenti argumentorum serie stabili-
tum imus: (α) Petimus è Sacris Pandectis;
utpote, Gen. 8. s. Exod. 10. 13. 19. § 14. 21. §
15. 8. 10. 1. Reg. 19, 11. 12. Job. 1. 19. § 37. 9. §
38. 24. Esa. 28. 2. Jerem. 10. 13. § 23. 19. Cap.
49. 36. Ezech. 1. 4. § 13. 11. Dan. 7. 2. Jon. 1.
4. § 4. 8. Psal. 148. 8 § 18. 11. per plurimisque a-
liis in locis, cum Vet. tum Nov. Testament:
Psal. autem 135. 7. Luce meridianâ clarus
distinguit ventum ab aëre hisce verbis Spir-

tus Sanctus; Maaléh nesíim miktzéh
 haáretz berakim lammatár asáh
 motzè ruach meotzerotháu i. e.
*ascendere faciens vapores ab extremo terræ,
 fulgura ad pluviam facit: educens ventum
 de thesauris suis, hoc est: exponente Hinrico
 Kipping, è cavernis terræ.* (β) Dicitur nobis
 etiam hoc ipsa Magistra rerum sana experien-
 tia: in nostris Museis, Camarais, domibus, fo-
 ribus clausis & fenestratis, ventos non persen-
 tiscimus; quod omnino nobis contingeret; si
 ventorum existentia respectiva non daretur,
 cum subtilem illum aërem durissima corpora
 permeantem animadvertisimus, ventos vero
 minus: unde satis liquet, ventos ab aëre lon-
 gè differre. (γ) In nostra transit castra uni-
 versus, cui de meliore luto finxit praecordia
Titan, Philosophorum Chorus, haud labilibus
 rationum fulcris, ventum ab aëreo Elemento
 separari, hunc quidem subiectum ventorum;
 non autem ipsum aëris motum & agitatio-
 nem, statuens, utpote: Joh. Magirus, Gocle-
 nius, Hermolaus Barbarus, Keckermannus,
 Aristoteles, Daniel Sennertus, Thomas Sa-
 gitarius, Henricus Gribberleth, Bugersdicius,
 Andreas Sparman, Sperlingius, Scharfius,
 Doct. Gezelius Epilopus & Pro-Cancellarius

Academiae Aboënsis, Professor Eloquentiae
 M. Daniel Achrelius, & infiniti alii. (d) Ab
 inconveniente tale conteximus ratiocinium;
 Si venti essent motus aëris tantum, utiq; sine
 intermissione spirarent; at consequens falsum
 E. antecedens. Ex hisce ventum non motum
 aëris, sed meteorum Spirituosum esse facile
 constare credimus: nec tanti argumenta ab
 Hippocrate, Seneca, Plutarcho, Vitruvio, Da-
 masceno, Augustino allata, momenti sint;
 ut nostra destruere valeant.

§. II.

Evidētā ventorum existentiā, tum absolutā,
 tum respectivā, rectā viā ad alterum quæsum
 seu definitionem, quam talcm, salvis aliorum
 Auctorum auctoritate & definitionum digni-
 tate exhibemus, tendimus:

Ventus est Meteorum staruo-
 sum, ē terraquo Globo, vi sde-
 rum ignisq; subterrestris egres-
 sum, ascendere nitens, repressum,
 & in obliquum retortum; vario
 motu, in naturæ bonum per aë-
 rem ruens.

A a

§. III.

§. III.

Ne autem sicco, ut ajunt, pede definitio-
nis expositionem prætereamus, juxta metho-
dum, ab omnis ævi Philosophis receptam, ad
Ὀρομαθλογίας & *πρεγμαθλογίας* exegesin
progredimur: venti originationem unicui-
que satis notam, scilicet natales suos debere
verbo, & dici à veniendo certò certius con-
fidimus.

§. IV.

Ὀρονυμία duplici modo ab Auctoribus u-
surpari deprehendimus: primò, in sensu pro-
prio, doméstico & nativo; ut *vi ventorum agitari*: quæ significatio est vel inadæquata seu
nimis stricta, ut apud Levinum Lemnium,
Senecam & alios, pro commoti aëris effluxu
& effusione, quæ & impropria dicitur. Vel
adæquata & ex æquo singulis Competens, ut
apud omnes ianiores Physicos pro quovis ven-
to. Secundo, in sensu figurato, tropico, Me-
taphorico & translato; ut Cicero *ad Attic. lib.*
a. *Cæsaris venti valde sunt secundi.* Syno-
nyma sunt, *flabrum*, *flamen*, *Spiritus*, *Spira-
tio*, *flatus*, *halitus*; Græcis. *ἄνεμος*, *πνοή*,
πτεῦμα, *Judæis*, *Ruach*, *Suphah*,
Svecis *Blåst*/ *Bläst*/ *Wäder*/ *Wind*.

§. V

§. V.

Circa definitionem realem notamus, i. conceptum universalem seu genus, *Meteorum*, quod ex æquo omnibus effluviorum impressionibus competit. 2. Conceptum restringentem & differentiale, quo secernimus cuncta Meteora, tum ignita, iam aquea, ut & emphatica omnia: per voces, à terraquo globo egressum, removemus & excludimus terræ motum, qui sit intra terram, nec non doctrinam Aristotelis, omniumq; ejus interpretum, exhalationem aut taxat calidam & sicciam, ventorum materiali statuentium.

§. VI.

Causas heic loci recensere supersedemus; siquidem in inferioribus de eis diffusius disquirere decrevimus. Mihi hac de materia differenti, occurrit dictum Salvatoris Joh. 3.8. Τὸ πνεῦμα, ὃπλος Θεός, πνεῖ· καὶ Ἰησοῦς φωνὴν αὐτῷ ἀκούεις, ἀλλά ὅτι ὁ οἶδας πόθεν ἐρχέται καὶ πῶς ὑπάγει. i.e. *Spiritus*, quod vult, spirat; Et vocem ejus audis, non autem scis unde venit, Et quò vadit. Hunc locum Levinus Lemnius de occultis naturæ miraculis lib. 3. Cap. 3. p. m. 282. hunc in modum exponit: *Sumptrā* siquidem similitudine ab externo flatu Nicodemum instruit, quā vi Et quam arcane effēctu Dei *Spiritus*

bominum mentes officiat. Ut enim Spiritus
sacerdos non cobibetur, nec conquiescat ullius ar-
bitrio; Sed instabilis & inquietus suus impe-
rat fertur, atq; bine inde impellitur: ita ut per
omnia diffusus, Sonitus efflugit, se prodas, non vi-
su, rebus terrenis, nunc salutaris, nunc exitiosus:
ita Spiritus divinus tacito & ineffabili afflatus
humanas mentes pulsat, agitat, impellit, rae-
pit, inflamat, incitat, transformat, arg; ho-
mines ex carnalibus Spirituales efficit. Ut au-
tem mens atq; humanus animus divino Spiritu
subsistit ac foventur: ita corpus hoc spirabile
atq; animale ex eterno aere, ac Salubri aurâ,
non minus quam Libo & potu recreatur. Hæc
ille. Nos dicimus primo hoc dictum loqui de
absolutâ, accuratâ, distinctâ & omnimodè per-
fектâ, qualem nos non possumus: non autem
de minus accuratâ, indistinctâ, confusa cogni-
tione & aliquali. 2do Argumentari à rei per-
fectæ cognitionis difficultate ad negationem
aliqualis; & ab individuali, particuliari ad uni-
versale minus firmam esse sequelam.

MEMBRUM SECUNDUM,
Ventorum Causas in genere considera-
tas, & divisiones gratâ brevitate ex-
hibebit:

§. I.

Nobis Scyllam prætergressis se offerunt ingens difficultatum Charybdis, & immensum rerum naturalium Scrutatorum diversarum sententiarum, circa causarum ventorum determinationem, æquor; ut multò felicius ordinem compagationis membrorum in utero materno, quam hoc ferè incomprehensum negotium evolvere autumemus; quum autem abstrusa & difficilima sint quoq; pulcherrima, lubet ingenii vires hac in re periclitari: causam efficientem ordinariam ventorum adscribendam esse intelligentię, Diabolo ejusq; Synergis prorsus improbamus; nec in eorum transīmus castra, animam terræ, ventorum motum efficere somniantium; cum hoc dudum à saniorum Physicorum Schola sit explosum: nos statuimus causam efficientem universalem & primam, DEum Trinunum, remotam, astra & ignem subterrestrem, proximam effluvia Spirituosa, hæc concurrit, illa extrahunt, ista proximè efficiunt: de hac sati acutè hoc differit modo, Ampliss. Prof. Anchelius Contemplat. mundi. lib. 2. Cap. 4. p. m. 170. *Enim vero Sol, Luna, Stellæ, undiorum influxuimq; vehementi luctâ concitat Oceanum; maria sic mota, per meatus S. venas, quorum*

Orificia circa fundum aperia, protrudunt et
quam in terrae viscera; unde aer compulsi
in motum, quasi follibus ignem subterraneum
fuscatur, pellit, agitat, per rimas mineralibus
succis fetas, unde deinceps ingentem halitu-
m vaporumq; copiam vebit in altum; qui par-
tum perfundit maris, sum voragine terrestres
protrus, continuâ circulatione novam identi-
dem fundante ventorum materiam. Adde his,
si placet nubium attenuationem, vel à stellis,
vel ab inclusis igniculis nivium resolutionem
in montibus, situm stellarum in Cælo, & descen-
sum nubium atq; pressum aërie. Hisce con-
nectimus halitum gravitatem, aëris gyrationem,
impetum halitibus à frigore mediæ re-
gionis impressum, vaporum descendentium re-
flexionem.

§ II.

In causa ventorum materiali determinanda
superioribus seculis in varia divortia senten-
tiarum abivere Audtores, Hippocrates, Sene-
ca, Plutarchus, Damascenus, Augustinus, Rho-
diginus, Cornelius Agrippa, Bodinus, & multi
alii, simplicem aëris motum, quorum doctri-
nam, tanquam heterodoxam in superioribus
rejecimus; hoc quidem concedere necesse ha-
bemus, aërem flabello, vel alio instrumento
agitatum, levem ventum, quem auram appel-
lant

lant causari; ast hoc, non ex principio aëris interno, sed externo & violento; at regeris, foco accenso, magnum sonum, magnos stridores, aërem per Janusrum rimas permeantem excitare; responsum in proclivi est; extracto vi flammæ per Caminum aëre, in hypocausto existente, tanto cum impetu intrat externus, ut succedat interno, ne vacuum, à quo abhorret natura, in domo relinquatur, & cum nullum elementum purum; sed perpetuò halitibus mixtum sit, undè mirum non est, in aëre halitus existentes istos efficere: nec pro parte Paracelsi corporum sidereorum Hypothymiasmata & effluvia ventorum materiam esse somniantis, militamus, ventos attingere Sphæram lunarem, & supremam aëris regionem non dum probatum, quum juxta Physisorum recentiorum & seniorū consensum à meteoris flatuosis supremam aëris regionem non turbari; ast ea perpetuò manet serena & tranquilla. Nec facimus cum Peripateticis, & eorum antesignano Aristotele, sequestrato humido, exhalationem sicciam & calidam materiem, docentibus, cum quotidiana experientia satis dilucidè testatur ventos aliquot menses ē mari spirare, quamvis contineant magnam exhalationum copiam propter terrestris concretionis commixtionem, nec veritati consentaneum,

tanta exhalationis calidæ & Siccæ agmina, tam
diu spirantibus ventis suffectura, ex ea nasci
credimus, notum quidem est in ipso oceano ab
ortu in occasu ventos perpetuos ruere; nos au-
tem halitus Spirituosos ex aqua, igne, sulphu-
re, terra, sale, mercurio egressos aptè com-
mixtos materiam ventorum esse concludimus.

§. III.

Superatâ causâ materialis difficultate, trans-
itum facimus ad formalem, quæ non substancialis,
sed accidentalis in vario motu consi-
stens, vel recto, qvum à cardinibus mundi per-
petuus spiratventus, vel cum decus Planetarum
radiis suis perpendicularibus versus unam pla-
garum mundi conglomerationes halituum,
non occurrentibus & impedientibus aliis trans-
spirantibus, protrudit, appellatur motus re-
ctus: vel transversali, qui tribus ferè modis
evenit; cum exhalationes caliditatē & siccita-
te squalidæ sublimantur, occurunt vapores
magno frigore prægnantes in domicilio im-
pressionum, quapropter ingens exsurgit cer-
tamen: ubi infirmius in fugam depulsum ex-
tempore suâ fugâ motum efficit transversalem;
dicitur alias in foro Physico fuga contrarii.
Coarctatio rubrum secundum sibi attribuit
modum; Qvum humores è terraquo glo-
bo in alcum elevati & coarctati, naturâ gra-
ves

res deorsum petunt, & flatus spirituosos vehementi suâ vi trudunt, qui hoc modo pressi coguntur, quocunq; concessâ spatio & effugio, fugam capessere, hic modus appellatur à Physicis pressura nubium. Tertium sibi vendicat vaporosi circumstantis aëris coactio, cum flatus sublimatos circumcirca densiores nubium copiæ circumfundant, vapores hi angustiis inclusi & forte ab halituum ascendentium cumulis coarctati infirmiora & rariora aggressi loca, obstantibus semotis, & magno elapsi impetu, transversali motu, & horribili mugitu, vel per aëra ruunt, vel ob pressuram nubium ad terram directè, vel ob alios halitus ascendentis, horum motum scindentes, vel ad latera rejicientes, feruntur.

§. IV.

Nunc ad Causam finalem dilabimur, statuentes duplarem finem, vel supranaturalem, gloriam sc. & potentiam DEi manifestationem, vel naturalem, bonum nempe totius naturæ, hi purgant aërem, fœcundant terram, maria à putredine conservant, panspermiam rerum in universas mundi plagas deferunt, agmina nubium, nunc adducunt, nunc abducunt, ad merces advehendas & avehendas adjuvant, molis circumrotandis inserviunt, ardorem Solis levant, homines refocillant, varia morborum genera

genera depellunt; nec est, quod quis dicat ventos universam terram vastissimam afficere clade & homines; hoc enim non per se, in se, intrinsecè, & sua natura; sed extrinsecè, per accidens, & propter scelerata hominum Capita evenit.

§. V.

Ventorum causas proximè eorum divisiones excipiunt, quos in cardinales juxta mundi plagas, & collaterales distribuimus, Cardinales Svetice hufwudnåder recensentur quatvot; nimirum, Subsolanus, Græcis ἀπελιώτης, Svet; östanwåder/ Östanwind: hujus naturam & qualitates, Andreas Sparman in speculo sanitatis hoc modo describit: Östanwåder kommer ifrån Solennes upgångb/ dr mästendels sund/ om morgonen bittiða något kylachtigt; men mit om Sommaren/ när Solen som heeast skinner/ eller och när hon går til syden/ så förheeter det blodet/ anteender Gallan; af hvilken heilige Febres och Siuldomar försakas.

§. VI.

Auster, Græcis νοσος, Svet. Sunnanwåder eller Sunnan wind: är Memistiones sundheet aldrastadeligast; ty när thet blåser/ blifver Jord den gemeenligen medh regn besuchtigat/ hvaraf suchtigheter i Kroppen rilega/ och genom den wärman som der medh följer til Corruption disponeras; försakar Cathar, Hosta/ Hesas Gigt/ &c.

§. VII.

§. VII.

Favonius, Græcis ΖέΦυρος, Svec. Wästlan-wäder / wästlanwind / frigidus & humidus, nubes, pluvias, tempestates, affectus & morbos petuitos excitat, olfactui nocet, quare Canes, eo spirante, summâ cum difficultate feras odorando investigare queant, ut nonnulli putant; plura vide apud Sparman.

§. VIII.

Aquilo, Græcis ΑΝΤΑΡΧΙΑΣ, Svecis Mordan-wäder / Mordanwind / frigidus & siccus, fortissimo flatu nubes dissipat, Cœlum reddit serenum, propter rigorem frigoris tempore brumali, pleuritides, Catharrus, consimilesq; affectus excitat.

§. IX.

Collataales, Svecis Stjedewädder, numerantur 28. quorum quatvor mixto flatu spirantes, primarii, Svecis Medelwädder: Euronotus, Zephyronotus, Zephyroboreas, Euroboreas. Euronotus, seu Notapeliotes Sudost / medius inter Boream & Subsolanum, inter hunc & solanum spirant Hypeurus, Ost til Sud / Vultur-nus, seu Eurus, Ost sudost / Meleurus, Sudost til Ost: inter Euronotum & Austrum, Hypophœnix seu Hypeuronotus, sudost til sud / Euronotus seu Phœnix, vel Euroauster, sud sudost / Mesophœnix, vel Mesuronotus, sudost til sud.

§. X.

§. X.

Notolybicus, seu **Astro Zephyrus**, vel **Zephyronotus**, medius inter meridionalem & Occidentalem plagas, **Sudw&st**; inter hunc & **Austum** sunt; **Mesolibonotus**, **Sud** til **w&st**; **Libonotus**, seu **Astroafricus**, **Sud** **sudw&st**; **Hypolybonotus** vel **Hyperlibon**, **Sudw&st** til **sud**; inter **Notolybicu**m & **Favonium** habentur: **Melafricus** vel **Mesolipus**, **Sudw&st** til **w&st**; **Africus** vel **Subvesperus** & **Libs**, **W&st** **sudw&st**. **Hypafricus** vel **Hyperlibs**, **w&st** til **sud**.

§. XI.

Inter **Zephyrum** & **Septentrionem**; **Zephroboreas**, seu **Borrholybicu**s, vel **Corus** & **Etesiz**, **Nordw&st**; inter **Zephyrum** & **Zephroboream** sunt; **Mesocorus**, vel **Melargestes**, **w&st** til **nord**; **Corus** vel **Japix** & **Argestes**, sic à **fulmine** appellatus, **Nordnerdw&st**; **Hypocorus** vel **Hyperargestes** **Nordw&st** til **w&st**, inter **Zephroboream** & **Boream**; **Hypocircius** vel **Hypothesias**, **Nordw&st** til **Nord**; **Circius**, quævis **subvertens** & **conturbans**, **Nordnordw&st**; **Mesocircius**, **Nord** til **w&st**.

§. XII.

Inter **Septentrionem** & **Subsolanum** est. **Euroboreas** vel **Borrhapiotes**, **Nordost**; inter **hunc** & **Boream**, **Hypaquilo**, vel **Hyperboreas** **Nord** til **ost**; **Aquilo**, **Nordnordost**; **Melaquilo**, vel **Meso-**

Mesoboreas, Nordost til Nord/ inter Borras-
peliotem, vel apeliotem Hypocæcias, Nordost
til øst. Cæcias seu Helleponus, øst nordost/
Mesocæcias, Øst til Nord. hi omnes eorum
qualitates , quibus viciniores sunt, parti-
cipant.

MEMBRUM TERTIUM, Ventos nonnullos & Causas in Specie breviter delineabit.

§. I.

PRimum se nobis sicut perpendendum gene-
ralis ventus Eurozephyrus dictus, ab ortu
in occasum solis lunæq; Cursui anteeundo in
amplissimis maribus indicō & pacifico; Zonæ
torridæ subjectis spirans ; genesin habet suam
hic Eurozephyrus, qvum phœbus Zonam tor-
ridam penetrat, & Oceanum radiis suis perpen-
dicularibus afficit, nunc in hoc, nunc in alio
signo constitutus, & mari incumbens, immen-
sam vaporum conglobationem halitibus com-
mixtam elicit, & per aëra emittit; hi in ante-
riori solis viâ rarefacti, aërem protrudunt, qui
motus, & ad eam partem, quam sol occupat,
protrusus, Eurozephyreum efficit ventum;
nec dicimus in omnibus Zonæ torridæ subspæ-
centibus Regionibus perpetuò, simul, eodem
tempore & loco; Sed sub illis parallelis, quos

Sai

Sol pertransit; quod satis exploratum sibi habent & eascent, circa hæc loca navigationes instituentes; è Regno Mexicano & portu Aquapulco, ad insulas Philippinas navigaturis incumbit primùm cursum dirigere versus aquatorem, hoc obtento, vela expandunt, hoc Eurozephyro velificando intra septimestre propemodum Insulas de Las Bocas 3000 Millaria contingunt; & quo propius ad semitam solis accedere possunt, eò citius & felicius navigationes conficiunt. Posset forsan alicui ex hac sententia dubium occurrere, & hunc in modum insurgere: si in omnibus Oceani partibus vapores extrahantur, & per universum Oceanum spargantur, concludetur hunc ventum in omnibus Oceani partibus excitari, at verum est antecedens, attestante ipsâ experientiâ, ergo consequens. Respondemus ad Majorem, eam limitando modo: si in omnibus Oceani partibus extrahantur & per universum Oceanum Spargantur, nec ab aëre crasso & vaporoso ab utraq; latere australi sc. & boreali impedirentur, & intra solis semitam cogerentur; concluderetur ventum generalem in omnibus Oceani partibus excitari; Sic limitata majore corruit minor; dicimus id quidem fore, nisi aëris Crassus & vaporosus ab utrâq; parte existens, hos vapores intra semitam solis cogeret,

cogeret, nec particulares in patentī oceano Eurozephyrum impedire possunt, quin hos vapores aëris & maris agitatio, ita absorbet, ut ei obstatuō & impedimento esse nequeant. In mari pacifico usq; ad insulas Archipelagi libero spatio progreeditur Eurozephyrus, donec occurruunt immensis montium jugis Insulæ, & regiones vastissimæ Chinæ, è quibus ingentia halituum agmina exsurgunt, ex occasu in ortum ruentia, quibus se submittere & silere teneatur. Hæcce loca prætergresso & Indico mari restituto, rursus Eurozephyrus invalescit, & navigia ad promontorium bonæ spei, seu Insulam S. Helenæ transportat: hinc satis appetet ventum Eurozephyreum forc immutabilem, si Oceanus totum globum terrestrem inundaret.

§. II.

Breviter sic expositâ causâ Eurozephyri, postulat ordo instituti nostri, ut ad anniversarios, quos Græci Etesias vocant, progredi amur, qui 40. dierum spatio post exortum Sirii, Græciam, eo tempore, æstu solari affeclam, suo flatu frigido mitigant: causam horum ventorum putamus esse montium, Græciam, Macedoniam, Thraciam, Boñiam ingenti mole obducentium, naturalem constitutio-

tutionem; est enim ingens catena montium, ut ex Mappis Geographicis constat, à Græciâ, Thraciâ & Boſniâ septentrionalem versus plagam, ex occaſu ad Pontum Euxinum procurrrens à boreali litore, moates Cherdoneſi Tauricæ attingens, hinc conjungitur Coracis, Hippicis & Caucaseis jugis in Orientem prolixo terrarum traſtu, per Poloniam, Lithuania, Muschoviam, Tartariam, Regiones palustres & fluviis frequentes, ex immensitate horum montium pereani nive teſtorum molis exhalationibus frigoris plenis, nec non Maeotidis, & Ponti Euxini vaporibus temperatis; accedente sole ad circulum æquinoctialem, qui niveas istas valles resolvit, & quarum resolutione ingentes elevantur fumi & nebularum conglomerationes, & hisce associantur haud pauci vapores ē Ponto & Maeotide exſurgentes, quæ effluvia tam diu inter se miscentur, donec sol transgreditur æquatoriem, & magis magisq; niveos cumulos disſolvit; & in Junio vehementius vapores ſufumigiis oppletos metallicis extrahit, qui late di'perbi, coarctantibus aliis atque aliis, donec exoritur Boreas, qui poſtea magno cum imperio versus Græciā & Ægyptum acti, Eteſias excitant; at interiora Africæ, propter

mon-

montes lunares, penetrare nequeunt, è quibus exhalationes ventorum alia in contrarium auguntur: diurno tempore spirant Etesiae, ob dilatationem & extenuationem halituum, silent nocturno, propter condensationem à frigore factam; tanto tempore durant Etesiae, quanto halitum copia, hac deficiente, illi deficiunt. Nec nos movet Peripateticorum secta, cum suo Antesignano Aristotele, somniantium Etesiarum originem esse nivium liquefactionem suppolarium montium, cum nemo hominum adhuc exploratum habeat, an circum circa polum sint tales montes, nec firma rationum pondera adferre queant, quare Graci & Ægyptii Etesias, non verò Muscovitiæ, Poloni, Galli, Germani, Britanni, aliq; populi ipsi polo longè viciniores sentiant, nec nocturnis horis, eam ob causam, quam adferunt, quiescerent, cum Polus eique proxima loca, per aliquot mensium spatia non vident noctis umbram; sed aq; noctu ac die spirarent, cum Sol, eo tempore, ea loca ferit, ac sic resolveret nives, & Etesias excitaret. Repugnat hoc quoque naturæ halituum, cum tam ingentes flatuum & vaporum cumuli, tanto temporis tractu sub niveis vallibus late-re, veritati minus consentaneum esse videatur.

§. III.

Reliquorum ventorum semestri, trimestri, menstruo, hebdomadario, diurno, horario tempore durantium, causas solis Astrorumque varium situm, Spirituum magnas conglomerationes, naturam & constitutionem fundi marini, canalium subterrestrialium, vel operationes spiraminum in Abyssis excelsorum montium, quum Sol celerrimo suo motu, intra Cancrum & Capricornum, spatiatur, nunc ad Arcticum, nunc ad Antarcticum suum dirigit cursum, evenit ut Australia signa ad eundo, regnent in regno boreali, pluviae, nives, rigora, quæ spiracula terrena coarctant, & intendunt. Septentrionalia verò penetrante, poros aperit, repagula laxat, immensa effluviorum agmina excitat: eaque in varia ventorum genera redigit. Idem Australia ferrante, in hæmisphærio australi præstat. His adjicimus montium ad corpus Solare diversum situm, in quorum conclavibus subterraneis edit operationes, jam intensiores, jam remissiores, quorum quidam siphonibus & Thermis gaudent; quidam hisce destituuntur, quidam magnam Spirituum mineralium copiam evomunt, quidam tales non emitunt: aëcedentibus, in diversis Zonis, radiis solaribus,

dive-

diversa montium latera percutientibus, qui ad varium montium situm ventos, nunc boreales, nunc orientales, nunc australes, nunc occidentales & collaterales efficiunt; non nunquam crassissima nubium conglomerata agmina, quæ insito suo pondere in infima fermentur, per diversa spartia erumpunt, quæ eruptione, prout materia sit durabilis, ventos vel horarios, vel diurnos efficit, consimili modo halitus & cavernis & specubus subterraneis effusi, ejusmodi producunt; quando, vel è fundo marino per aquarum profunditatem egressi, in superficie latè se explicant, & aliquantis per ruunt: ventos repentinorum, ex aquarum subterrestrium, in vasis hydrophylacticis contentarum extenuatione & conglomeratione exoriri existimamus, quæ vi & operatione ignis subterraneis, coctæ, impulsæ & in vapores resolutæ, & per siphones in aërem extrusæ, has spirations excitant, quæ tanto temporis tractu spirant, quanto aquæ in vasis hydrophylacticis superfuerint, hisce exhaustis silent venti.

§. IV.

Varias nanciscuntur denominaciones spirations, ratione graduum remissionis & intensioris: placide & leniter flantes appellantur

auræ, Svecis Stillawäder/ quando tanta ha-
lituum copia & vaporum elevata & congrega-
ta non fuerit, Cœlum redditur serenum, nos
Ieni suo afflatu refrigerant: vehementius, sed
certo motu spirantes, venti, Sveco idiomate
wäder/ huncupantur. Cum collecti fuerint
majores vaporum cumuli & flatum, qui à
Cardinibus mundi continuo flatu spirant, alii
celerrimo furore, horribili boatu, motu ma-
ximè irregulari circumcidita feruntur & impe-
tu; dicuntur procellæ seu tempestates, Sveti-
cè Stormväder; quarum tres species consti-
tuunt naturam rimantes: Ecnephiæ, Exhy-
driæ & turbinem.

Ecnephias est ventus repentinus Svehemens,
in gyrum se contorquens, & obvia quævis cor-
rumpens. Causat existimamus esse ignem
subterrestrem, per montium siphones & æstuaria,
in Zodiaco ad certum solis situm, ingen-
tes halitus & vapores sale ammoniaco, sulphu-
re, antimonio, & aliis ejusmodi naturæ per-
tinacis mineris repletos emittentem, qui in
nubes coactati, inque frigidam aëris regionem
sublimati, vehementer moti accenduntur, &
deorsum maximo cum impetu & boatu de-
trahi, obvia quævis subruunt, corripiunt, pro-
ferant.

§. V.

Ex hydriæ est ventus vehementissimus & impetuosissimus, cum imbris aut grandinibus ruens & obvia quæcum prosternens. Causa sunt habitus & marinis immensæ profunditatis locis, & molis aquarum resolutione, qui per medium maris educti, & in sublime elevati, concurrentibus novis nevisque habitibus acti & dilatati, ob flatulentam mebilitatem, horrendis ventorum conflictu & strage inferiora infestant.

§. VI.

Turbo seu Typho, describente Ampliss: Profess: Achrello, est ventus immanis, violenter prorumpens, rapida vertigine rotans, vel aëra, quando conglomeraata atomi saviunt in se, durante pugnâ, resortæ volvuntur in gyrum, sive deorsum vibratæ, navigia, vel dejicunt, vel rapiunt, vel ipsos flumina, quos inter se veluti arietat in orbem heliceum. hic horribilissimus ventus maximè exoritur in mariis istis, quibus se se immensa fluminum agmina insinuant.

§. VII.

Venti prodigiost sunt, qui miraculoso cursu fiunt, & quorum naturales causas invenire & exponere in nostra potestate situm non

est; s^ep^et tam vehementes & impetuosi exorti sunt venti, qui ingenti suâ vi, vastissimas sylvas prosternebant, ædificia evertebant, villas subruerant, mare ipsum extra suos limites, veluti in antiquam istam molem chaoticam, mox ruiturum protrudebant. De quibus exemplis satis multas temporum testes habemus. Exemplum in Gothia bello Scanico proximo antecedens perplutimi recenti memoriam tenet, quomodo Zephyronotus prodigiosus, tempore Autumnali surrexit, turres excelsas prosternens, tecta domorum corripiens, ædium frontispicia divino cultui consecratarum subbruens, Sylvas maximas dejiciens; quarum strages viatoribus magnam injecit remoram & obstaculo fuit. In insula Wisingianâ, in quâ illustrissimus Comes Petrus Brahe, beatæ memorie, satis amplum Theriotrophium, variis animalium generibus referendum, possidebat, ferè per universum ingentis altitudinis Arbores, & quasi manu satas, quas omnes partibus australi & occidentali proximiores hic Zephyronotus unâ nocte, vel perfregit, vel cum crassissimis atque firmissimis radicibus evulsit, quorundam turgiorum tecta, vel discerpit, vel prorsus abstrulit.

MEMBRUM QUARTUM,

Flabrorum naturam causasque in lacu
Wettere paucissimis enodabit.

§. I.

Quemadmodum in Oceano, aliisque mari-
bus vehementer ruunt, diversa spiratio-
num genera; ita quoq; in ipso Wettere, di-
versi reperiuntur flatus, nunc flant auræ,
nunc spirant venti, nunc ingentes ruunt pro-
cellæ: hic vehementiori flatu, & longioris
temporis intervallo spirationes suas exercent,
Auster, Zephyrus, & inter hos ruentes colla-
terales: immensam montium in australi & oc-
cidentali plagis molem, nec non amplissi-
mam paludum congeriem, Gothicò idioma-
te, **Wāse/ kār/** circa urbem Junecopiam ver-
sus orrum, meridiem & occasum spectantium,
è quibus ingentes halituum conglobationes,
vi Astrorum atque ignis subterraneis, elicatas,
& in aërum sublimatas, horrendos, præcipue
sole, Virginem, Libram, Scorpium, Sagit-
tarium, interdum ultimos Leonis & primos
Capricorni gradus penetrante, haud dunta-
xat ipsum lacum moventes, verum etiam i-
psam Insulam Wisingianam undiquaque ex-
dentes, tempestates ciere, Scaturiginem,

B f.

fan-

fontem & causam esse putamus, que diutius
 propter exhalationum multitudinem spirant,
 at quod die in vespere vergente, lacum &
 circumiacentia loca vehementius quatunt:
 dicitur causam esse, solem hos maximos
 halitus extenuantem, & in flatu osam resolven-
 tem materiam, sive australi & occidentali lo-
 cis versus montium juga ab ortu sita, protru-
 sam; nam perpetuis montium jugis, ad instar
 sideris corniculati, ad ortum & austrum hic
 lacus clauditur; quæ in OstroGothiæ pa-
 rochia Ödeshög/ juxta pagum Swämm/ exsur-
 gere incipiunt; quocum dorsa versus meridi-
 em per aliquot milliariorum spatia, usque ad
 lacum Teenhultas in Smolandia, sic dictum,
 quem tanquam circulum ambiuat, spirituo-
 sam flatuum ex his materiam extraham, atq;
 in altum elevatam, versus horum montium
 latera agitata, tantam procellarum vim &
 boatum, sine dubio, excitare credimus. Se-
 ptemberiales venti matutino tempore usq; ad
 fervidissimum, acriori feruntur flatu, lenio-
 ri, vesperascente Cœlo, post solis Occasum,
 quam sepiissime silent: quod & satis sibi fa-
 miliare habent & perspectum heic loci Nautæ;
 quum horribili suo boatu grassatur Boreas
 vel Zephyroboreas, prætolantur horas ve-
 sper-

spertinas, probè scientes, hosce, more con-
 sueto, vehementiam suam compressuros;
 quibus silentibus, alto se committunt, & feli-
 ci progressu navigationes suas conficiunt:
 exsurgente vel Austro, vel Austro Zephyro,
 horis matutinis navigationes perficiunt, satis
 concisi, hos, Sole in occidente, vel austro
 existente, vehementiores & acrieres vires
 suas exercituros; hi sèpè, vel undis obruunt,
 vel ad litora Scaphas eorum dilacerant; i-
 psis, sua navigia circa littora in aquis stan-
 tia, ut in hisce Finlandiae oris habere minus
 licet; Sed necesse est, ut ex aquis in solum &
 quidem procul ab ipsis littoribus Scaphas su-
 as, in dèmeos eis destinatas, Svetice Hååthws
 haud in undis ut hic mos est, sed in ipsa ter-
 ra edificatas, trahant, sive portis claudant,
 si minore, eas immanes fluctus eruunt; hæ
 immanes undæ, sèpè terræ appellentes velaq;
 contrahentes, lembos cum Nautis ieu Ocu-
 li, quasi deglutiire svtæ, quod & factum est
 ante 12. Annos, vel quod excurrit, ad littus
 gennense, Tegellada dictum, ubi numerum
 undecimum homines implentes, sua contra-
 hentes vela momento Oculi aquis suffocati
 sunt; quod & multoties circa reliqua litora
 à borealibus vestis fieri solet.

§. II.

Venti Septentrionales feruntur quidem vehementi fatus, non vero tamdiu ut australes & occidentales spirant, quod fieri arbitramur, partim ob montium in plaga boreali defectum; est quidem ingens Mons Amberg in Ostrogothia situs, in cuius summitate plus quam viginti octo templo apparent, sed non tantam exhalationum copiam tamq; diu durabilem, unà cum circumjacentibus palestribus locis evomere queat; ut isti Smolandicis & WestroGothicis oris vicini: partim propter retroactionem à lateribus montium prædictorum halitum factam, & qua sèpè aciores ex adverso ruentes exsurgunt. Ruunt, ut diximus, acrius, quam diutius boreales, præter Euroboream pluviotū, Gothicè Øst Nordanwåder/tempore æstivali, præprimis circa dies caniculares, interdum diutius, interdum brevius spirantem. Hunc fore ventum sequenti modo Incolæ animadvertisunt; qvum crassa & magna nebula & Lacubus Ørn & Gunn exsurgit, qvam Ruricolæ Wundi; Øre appellant, hac in lacum Wetterem latâ &c in auras abeunte, ficas præstolantur aliquot septimanas, si vero per montes Grennenses seu Grennaberg sic vocatos altum petiverit, absq; omni dubio,

tertio demum die, cum magnâ & diuturnâ pluviâ, & Euroboreâ, recurrit; quare hac se in sublime clevante, metas fœni, fruges in horrea, summo cum ardore & nisu convehunt, præterlapso triduo nubem, magnam pluviam, imbrex atque Euroboream per aliquot Hebdomadarum spacia duratura, futura probè præscientes Georgicis inservientes; halitus vi stellarum ē montibus prædictis, Lacubus, paludibus, & magnis circumcirca jacentibus vallibus elicitos, coarctatos, per intervallum speciem vallis ferè repræsentans inter Granna- & Röttleberg circa amnum Röttle-Hå horum montium juga distingvens, versus Wetterem agitatos; si verò Rex astrorum hos, non exsurgente plurium flatuum copiâ, & hisce associante; extenuet & dissipet, efficit siccum tempus, si minus, si conjugantur & in alcum subleventur, tum mox magis magisq; ē Wettere exoriens & in ortum ruens ventus excrescit, donec Lacuum, Paludum, Montium, & Maris Orientalis halibus auctus, accedente peculiari astrorum positu, igneq; subterraneo cooperante, Euroboream exoriri, causam esse arbitramur.

§. III.

Ventus hic ortivus, in Gothia s̄epissimè pluviosus existit; unde adagium in Gothia exortum: *Öfvanvådder och Dvinnotråda; lyck-
tas fällan vthan wätha.* E mari orientali, &
prænominatis locis udis & squalidis extractos
secum vapores & exhalationes trahere; &
hinc fieri pluviosum putamus.

§. IV.

Signa ventorum imminentium prognostica
ab habitantibus ad Wetterem Lacum, obser-
vata ferè sunt sequentia: Cum Insula Wisin-
giana & mons apud Ostro-Gothos Ambergħ/ in
lacu tanquam fluitare, vel per antea quasi
positus, majoremque quam pro magnitudine
speciem referre, ipseq; lacus veluti altior, si-
ve Smolandis circa litora australia, sive Ve-
stroGothis, ad Occidentalis, vel ipsis Insulanis
apparet, certissimum signum ventum horri-
bilissimum, vel Zephyroboream, vel Boream
& plaga boreali exoriri. Cum VestroGothis
in portu Helsingholm/ Helsingholmen in OstroGo-
thia quasi ad Syðera elevari apparet, postero
die, & eodem ferè tempore longè vehemen-
tissimus Zephyroboreas insequitur, per qua-
triduum maxime mugitu ruens, tam subito
desi-

definit atque incepit, si non quarto silet, usq; ad nonum ruit. Qvum autem mons ingens Taberg/ in Smolandia ultra Junecopiam versus meridiem multò maiorem crassitatem & altitudinem representat, nec non reliqui montes, rupesq; valde eminent; & crassa spuma ad instar fæcis Cerevisiae recentis, juxta litora intra lapides & saxa fluitat, haud multò post exoritur ventus vehementissimus & maximus, non tantum australis, verum etiam Orientalis: hisce apparentibus, dicunt Nauz & Gothicis: Nu kommer stark storm emedan öððn Åmberg i Håstholmen och Taberg Sköra och Sjön synes få höggh. Interdum & Nubeculis supra lacum in aëre suspensis vehementissimus ventus, at brevi Spirans excitatur, has videntes Gothi inquunt. Ifrån de Molnfläckerna få Wij en stark wäderkula. Effluvia vaporosa & flatuosa ex aqua lacustri ejusq; fundo & aliis locis exsurgentia, quorum immensa agmina fallunt visum, cooperantibus astris in certo situ constitutis, & igne subterrestri, acerrimas istas spirationes ciere, conjicimus.

COronidis loco, in rationem venti in lucentissimo & nunquam satis deplorando Aboæ incendio, maximam partem urbis die 29. Maii Anni reparati orbis, quæ erat 1681, ipsa Domi-

minica Trinitatis, corripiente & in cinere
redigente, tam subito exiurgentis nobis in-
quirere placet; dicimus esse caulam, immen-
sam molem aquarum, ad extingendum i-
gnem, effusarum, ab ignis efficacia rarefactam,
& in effluvia Spirituosa redactam; ad hæc ac-
cessit agitatio & protrusio aëris, quam in-
gens in sublime surgens flamma effecit, ne a
vacuum relinqveretur, concurrebat aër pro-
tritus, & magis magisque hunc excitavit.
Hic pedem figimus, & dilucidiorem ho-
rum omnium expositionem à Subactiori-
bus ingeniis exspecta-
mus.

Móνω Γῷ Θεῷ δόξα σιώπος!



Första verldiens tijdh/ så månde hvar
man föka/
Med høgsta hiertans lust/ sitt sinnes lius
fördöka/

Ehj så owerigh man/ Ehj så fätmigh fants/
Som icke ålsta rått den Adla wæshes Crans/
Sin släct/ sit egte Mampn/ at synke ia wäl ec iijra/
Doch konst-Gudinners Fest/ med hiertans alswar
fjira; (full)

Men ewere om nu/ th wärr/ fins heele werlden
Med dem som nare och dag/ fast fiskla efter Gull;
Theer under är at se/ hur' de ate sammansanka
All verldi fåfånge Godz/ anläggia all sin tanckat
All ord gå der på vth/ alt rahl det syfter dje:
Med Tagen roospade/ ach båär ach båär alt hije/
Ehj gifwa de sikh roo/sin Kropp til hwilan bðna/
Men af fåfånglig lust/ sikh sågna och förnöja.
Ach Usle Girigbwt/ O arme Idiot,

Förmbokat är diet weet/ eläckligh är din forh/
Tu injker hüt och düt/ är doch släck intet minder
Än rük/ försichticheig/ kloek/ med öpna ögon blinder/
Ehuru som die Godz/ sig dagligh öka må/

Diu Hlerne bryllat är/ och ljuter kan förfå/
Hwad båtar eit uår tu när lärde Män fast månge
Eit tungan och försändh/ är bunden som en fånge/
Ehj godz/ ey röda gull/ så fört righ swara kan/
Tu rödnar/sitter bleek/ O släck ars arme Män!
Ehj mindre lust en är som offra wan förderfver/
Uthösser all des ars meer ent än goit förtvärsvver;

Frw

Fris Venus medh sitt straap af allom hon ar
ndmhd/

Hoo henne saar i hand/ blixt ofra Ua klämbd;
Gast ofra sin Client förståndet hon beröfver/
För wijsheet geer bleek kind/ medh ångslan høge
bedröfver/

I stålle för Respect, förachte hon stick er in/
Så seer tu Alstogg Art förhindrer lyckan din;
Derafore hoo som wil heel lyckelig här blifwa/
Medh Fröja vchi leek skal han sig aldrig gifwa/
En kärleeks bråna stoor/ mång lard giör til en
Gidck/

Ingiuter i hans fin/ nu fröad/ nu hiercesfröck/
Ehoo af sådan Åld/ månd häfftige blixt vpcändre/
Hans bästa rådh thet år/ han trolig bēdn vpsänder/
Til höga himbla Sudh om wijshees Edla skatt/
At han den finna må til åhran blixt vpsatt.
Det har vår Candidat, i allan tñdh verrachta/
I blomstrand vngdoms åhr/ och Wijsdommen
høge achta/

The eder til besvär/ och medo förra war/
Sij nu i där vthaf/ den största fognan haar.
Du Afwundz arga Land/ som intet lida gitter/
Den ädia Wijshees bygd/ churu hon är bitter
Hon måste trüngen nu Her Candidatens Zidh
Des lärdom och förstånd/ bepröva allan tñd.
Jagh ønskar til icc sluth/ at I må blifwa lönner/
Som I ha' bäst förtient af Pallas mettli krönter
Gudi Namn til åhra stoor Ehr sielf til höge
herdm/ (glbm.
Far wäl min goda Wän/ vår mänskap en för-

ANDREAS HÄG.